



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Collegiis Canonicorvm Per Germaniam, Belgivm,
Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani
Prouincias, Liber Singvlaris**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1615

Mogvntinæ Vrbis Collegia Canonicorum in Germania.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11227

6 DE CANONICORVM

quo Plectrudis Pipini coniunx, nobilium virginum collegium fundauit, quas inter pieviens ac moriens ibidem ipsa sepeliri voluit. In hoc templo præter Canonissas sunt Canonicci duodecim.

S. CAECILIAE COLLEGIVM.

TEmplum istud antiquissimū, olim fuit Cathedrale seu Sedes Episcopi, nunc verò collegium est Canonicorum & Virginum nobilium sub regula S. Augustini, post reformationem sub clausura admodum stricta viuentium. Totius collegij caput est Abbatissa illustri Comitum genere plerumque nata. Fuerunt eo loco olim Canonissæ à *VViliberto XXII. Episcopo Colonensi* eo loci collocatæ.

De his Coloniæ Agrippinæ Collegijs fusis agit Erardus *VVitthemius* in suo Sacrario *Agrippinæ*.

CAPVT II.

MOGVNTINAE VRBIS COLLEGIA
Canonicorum in Germania.

IN Vrbe Moguntina sunt decem Canonicorum collegia ; ex quibus præter Metropolitanū Sancti Martini collegium, quinque

que maiora & quatuor minora vocantur.

I. Metropolitana basilica in S. Stephani Protomartyris memoriam olim fuit excitata ac dicata. sed cum nouum, quod S. Stephani vocatur, templum *Villegisus* Archiepiscopus extruxisset, fuit haec basilica in S. *Martini* honorem commutata. Sunt in hoc nobili Canonicorum collegio et magnis ducum, Comitum & nobilium stemmatibus Canonici hoc tempore duo & quadraginta: ex quibus cum Praeposito, sacrae rem senatum seu Capitulum, ut appellant, ordinariè constituunt quatuor & viginti. Et ex his per suffragia Moguntinus Archiepiscopus deligi solet. Ex iisdem tres præcipui sunt, qui Mitra in Sacris vtuntur, nimicum Praepositus, Decanus, & Cantor, idque ex priuilegio Innocentij Pontificis Maximi, anno millesimo ducentesimo quadragesimo dato.

Est in hoc Metropolitano templo altare primum eiusmodi, ut ei adstant Sacerdos faciem ad clerum, ceterumque populum obuersum semper habeat, neque cum dicit: *Dominus vobiscum* necesse habeat sese conuertere. Cancellis cingitur ferreis, in quorum superiore limbo, suratis vncialibus litteris inscriptum legitur.

Aurea Moguntia, Sanctæ Romanae specialis

A 4 vera

8 DE CANONICORVM

verafilia, Assis nobis in agone, venerande Patronē,
Tua benedictione Martine, Ut tuæ simus memoriae
confortes & glorie.

Ceterū primus Episcopus Moguntinus
fuit S. Crescens Pauli Apostoli discipulus, vt
multis adstruit Nicolaus Serarius lib. 2. Re-
rum Moguntinarum cap. 2.

S. ALBANI COLLEGIVM
Moguntinum.

II. **S**ALBANI collegium fuit olim in-
clytum doctrina & pietate Cenobiū,
è quo in Sponheim manachorum Benedictino-
rum Colonia transiit, vt in Sponheimensi
chronico Trithemius explicat. Fuit autem
monasterium usque ad annum millesimum
quadragegesimum decimum nonum: quo
Martini V. Papæ concessu in Canonicorum
collegium demigravit. Supersunt templi hu-
ius tantummodo parietinæ: Canonici tamen
suis fruuntur reditibus, & diuinum cultum
psalmodijs, sacrificijs Missarum liturgijs obe-
unt in Preicatorū templo, quod ab ipsis ac-
commodato habet. Fuit in hoc loco olim sepul-
ta Faustina Regina, Caroli Magni vxor; cuius
cineres post templi huius incendium in Me-
tropolitanum sunt translati.

S. PETRI COLLEGIVM MOGVN-
tinum:

III. **S**Petri collegium habet templum ex-
tra vr-